

se tueri vult opibus, alter patronis, tertius astutiâ, &c. At securissimè innititur Dei verbo per fidem, Psal. LXXI, 6. Jef. XLVIII, 2.

(2) De metus indebiti excusatione non nimium dici potest: repete modò dicta v. 7.

(3) ἐπιχαρῆκακία vitanda sedulo: Prov. XXIV, 17. Sir. VIII, 8.

(4) Neque tamen sic excluditur Judiciorum divinarum admiratio, quando non tam nostri, quàm Dei & pietatis hostes, debitis afficiuntur suppliciis; sicut videre erat in Achitophèle, Hamane, Herode, &c. Psalm. LVIII, 11.

USUS E VERSU IX.

(1) Liberalitas erga egenos, pura sit ab omni sortitie, commodi laudisve propria studio, &c. Matth. VI, 1. 1. Cor. XIII, 3. Gal. VI, 10. 2. Cor. IX, 5. seqq. Coh. XI, 1. 4. Jef. LVIII, 7. Sirac. IV, 1. VII, 37.

A XXIX, 15. Actor. X, 4. IX, 16. Proverb. XI, 24. XXVIII, 27.

(2) Quinam Egenorum nomine veniant, non otiosi, scurra, depeculatores frivoli, sed inepti ad labores praesentio, invaletudine, aut ob infortunia alia, docebit te Paulus 2. Theff. III, 10. seqq.

(3) Justitiæ beneficentiæque premium non aboletur tempore.

(4) Exaltari ad honores solent pii, qui coram Deo se humiliarunt prius indignosque agnoverunt ipsi: Genes. XXXII, 10. Luc. I, 52. XVIII, 14. XIV, 11.

USUS E VERSU X.

(1) Impiorum crux maxima, intueri proborum prosperitatem. Invidia: præc. V.

(2) Cavendi omnes maligni gestus (ut sunt frendere dentibus, &c.) cordisque motus ac desideria iniqua: v. præc. IX. & X.

PSALMI CXIII. DISPOSITIO.

Excelsus humiles respicit. Exaltatio inopis.

Continetur hîc Dei encomium; ubi (1) laus requisita: laudate Deum: benedicite nomini ejus: vers. 1. 2. (2) laudantes: servi Dei: (3) duratio: ex nunc & usque in seculum: vers. 2. (4) locus: ab ortu ad occasum: vers. 3. (5) Rationes (a) excelsus est su-

per gentes universas; (b) gloria ipsius transcendit caelum: vers. 4. (c) est incomparabilis: quoad eminentem sedem: vers. 5. & humilium curam in caelo terræque: vers. 6. (d) erigit e pulvere inopem: vers. 7. 8. (e) fœcundat sterilem: vers. 9.

PSALMUS CXIII.

EXPLICATIO VERSUS I.

הללויה: Eadem est hujus, quæ binorum antecedentium psalmodum inscriptio; cum & hic nil nisi Dei elogium comprehendatur. Kimchi autem opinatur, ideò præmitti Psalmum hunc de tenuium exaltatione, & aliorum humiliatone, ut h. m. sternatur via ad sequentem Psalm. CXIV, ubi de Israëlîs evectione, fastuosique Pharaonis deturbatione.

הללו laudate: est hoc tum ad laudem adhortatio, tum in laude jam occupatorum confirmatio. Adeòque sicut Psal. CIII, 20. angelos compellabat ad simile benedicendi officium, non sanè somnolentos aut officii immemores, sed ut se in suum veluti reciperent consortium, q. d. benedicite mecum Domino; ita & hic servos Dei similiter alloquitur, ut secum celebrare velint Dei nomen &c. quanquam fœcordia circa hocce munus non rarò etiam in Dei servis oboriatur à carne vitiosâ, ut excitatione multisque imperativis sit opus. Ex voce hac scrupulose in Midr. Tillim. elicitur numerus LXX. animarum in Ægyptum descendentium, quas comitans Deus facit LXXI.

עבדי servi Dei: epitheton aliàs tribuitur tum creaturis universis, ut Psalm. CXIX, 19. הכל עבדי; tum speciatim angelis, Job. IV, 18. nec non prophetis, seorsim Deo inservientibus in suscepta ad homines alios functione, 1. Reg. XIV, 18. XV, 29. &c. inter quos præcipuè eminebat servus Dei Moses, Exod. XIV, 31. Deut. XXXIV, 5 Psalm. CV, 26. &c. item David, Psalm. XVIII, 1. XXXVI, 1. LXXVIII, 70. LXXXIX, 4. quorsum etiam ministri alii sacri seu ecclesiastici, Psalm.

CXXXIV, 1. CXXXV, 1. Imò etiam personæ publicæ politicæ hunc nanciscuntur titulum, ut Josua, Jos. XXIV, 29. Jud. II, 8. Eliakim, Jef. XXII, 20. Zorobabel. Hagg. II, 23. ac magistratus alii, Rom. XIII, 4. 6. Tandem etiam fideles quilibet eò comprehenduntur nomine, Matth. XXV, 14. Luc. XIX, 13. Hic itaque absurdum non est cumulatim universa advocare enumerata, tam creaturas inanimatas, quàm præcipuè rationales, cum alienum à se nemo debeat existimare, Deum suum devotis extollere laudibus. De piis, Piscator. Vulgatus: pueri Dominum. Kimchi de sapientibus Deumque timentibus. Sed de his judicare licet ex modò dictis.

הללו laudate: tertiâ vice idem repetitur imperativus, ex mente R. Aramæ apud Viccarf. ob triplicem Dei providentiam: [1] circa mundum, [2] Israëlêm, [3] fideles in Israël; vel etiam secundum Kimchium, quia sæpè laudandus est Deus. ita & Aben Esra de die in diem. Calvin. significatur animi vehementia & constantia in laudando, ardor perpetuusque tenor. verum quidni referremus hoc ad Numen Trinum Patrem, Verbum & Spiritum Sanctum, cujus aliàs memoriam refricare semper debeat trina nominis Jehovah in solenni benedictione iteratio Numer. VI, 24. 25. 26. quam trinam etiam repetitionem in laudibus suis observant angeli, Jef. VI, 3. Pertinet huc, quod nomen Dei quoque ter in hoc repetitur versu יהוה & bis יהוה, sicut Num. VI, 24. seq. vide Psalm. XCVI, 12. שירו item Psal. CXV, 9. 10. 11. auxilium ipsorum & clypeus ipsorum ipse est: 1. Par. XII, 18. tibi pax! pax tibi, & pax adjutoribus tuis.

ש

1997
nomine nobis
vide Psal
Majm. m
EXP
cele
nini
erit
tendit
tatur, t
spius.
in ore cr
ex n
ne
barbi p
dum fac
EXPL
abo
ita nunc
est, ut is
vicisim et
betur. vi
de Carfaris
ad ortum
ad o
de sole u
pe tunc p
VENISS
immergi
dicatur N
occiderat
Solem
garum reliq
non adfit, fa
connotari
non possit
cum occi
nem: vide
I. u. Sic
um meum c
nis. Kimch
nem esse fa
equino
partem com
strum & f
habitation
ro laud
merito es
participiu
um potenti
XVIII, 4
XIX, 8
XXI, 20. XXX
EXPL
excelsus
sapientia, &
superar
fastigiu
mat, quipp
ficta, au
locutz: J
XCVII, 6. ub
Psalom cxx
respicit.